



Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati
mortalis Libri Qvinq[ve]**

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

XII. Quomodo adulti, vsu rationis prædicti, gratiam & salutem, citra
Sacramentorum vsum consequantur?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

nis filij efficiuntur. Martyrium sanguinisq; baptismus communis Ecclesiæ Catholicæ traditione suffragante nititur; Eo prædicto si Baptismi copia non suppetat, immortalitatem prelio sui sanguinis emunt, illisque in mari rubro via est sine impedimento ad gratiam & salutem; scalaque adeo cœli, per quam ascendunt cum illis qui ab Herode occidente occisi sunt propter Christum. Sicq; etiam liquet cooperatione illos aliena gratiam & salutem consequi. Nam in utroque medio & remedio haec inest difficultas, & ex utroque peccati mortalis grauitas perspicitur; propter illud enim gratia aliquando & beatitudine excluduntur.

CAPUT XII.

Quomodo adulti, usurrationis prædicti, gratiam & salutem, citra sacramentorum usum consequantur.

Adul-

Adulti, qui rationis usu polent, duobus modis ad gratiam & iustificationem se preparare disponereque possunt, vel circa sacramentorum usum; vel in eorum usu usurpatione. que De priori modo hoc, de posteriori sequenti capite agemus. Dispositio praeparatioque prior hominis aetate adulti, rationisq; usu predicti, ad gratiam & salutem obtainendam actibus supernaturalib; continetur, ijs scilicet, qui viri naturae, liberiq; arbitrij hominis, circa peculiae Dei auxilium haberi nequeunt, ut salubriter timore gehennae concuti ad deserenda peccata &c. Eos dispositio praeparatioq; hominis sic includit, ut illis sine nemini, sine fidei, siue infideli, extra usum sacramentorum, gratia a Deo homini tribuatur. Id indicatur his scripturis diuina locis: *convertimini ad me et 2. 12.*

448. De grauitate pecc. mort.

Ez. 31. 6.
Amos 4.
12.

in toto corde vestro. Et: Conuertimini sicut in profundum recesseratis. Et: Præparate corda vestra Deo; Sine villo enim dubio prædicta testimonia de actionibus supernaturalibus intelliguntur, ut Concilia & Patres testantur. Ad hanc poni dispositionem præparationemque legitimè faciendam, mens humana necessariò à Deo præparatur & disponitur, vt Prophetæ in genere his verbis testa-

Ps. 79. 4. tur: Domine Deus virtutum conuer-

te nos, & ostende faciem tuam, & sal-

o. 31. 19. ui erimus. Et Hieremias: postquam conuerti sti me, egi pœnitentiam, &

Io. 6. 44. postquam ostendisti mihi, percusi fe-

mur meum. Et: Nemo potest venire

ad me, nisi Pater meus traxerit eum.

Ps. c. 5. Et: Sine me nihil potestis facere. Ra-

tio hæc se ad gratiam & salutem

præparandi disponendi difficultate non caret, vnde facile con-

ijicitur quām graue sit peccatum

mor.

mortale, quo difficultatibus his homo subiicitur. Duobus porro Sacramentis possunt adulti, ratione prædicti gratiam & salutem consequi, Baptismo & Pœnitentia; illa enim Christus Dominus repleuit merito, gratia locupletauit, sanctitate perfecit, virtute ornauit, sanguini suæ passionis immersit, & ad diuinos effectus euexit. De his sequitur ut agamus, & primò quidem de Baptismo, tum de Pœnitentia.

CAPUT XIII.

Baptismus homini adulto, rationisque usū prædicto, ad gratiam, & salutem necessarius est.

ID apertè docent litteræ: Esaías sic scribit: Lauamini mundi *Ez. I. 16.* estote. Et Ezechiel: Tollam vos de *Ez. ech. 36.* Gentibus, & congregabo vos de uniuersis terris, & adueniam vos in terram